



Tab. III. 3290.
BONA VERBA!

VIRO

Plurimum Reverendo atque Clarissimo

DN.

**M. CHRISTOPHORO
KLESCHIO,**

P.L.Cæs.&c.hactenus Ecclesiæ Denstedten-
sis ad Ilmam Pastori & Vicario fidelissimo,

nunc verò

Ecclesiæ ad D. Gregorii, aliàs Mercatorum,
in Sac. Rom. Imperii Urbe Amplissima, Erfurto,
legitimè vocato & constituto Diacono,

Ipsâ Dominicâ Palmarum, quæ erat 23. Martii
Computi Juliani, Annò Christi 1684.

Fausiò sidere officium sacrum auspici,

FAUTORI, AMICO ET POPULARI SUO
PLURIMUM VENERANDO,

ex animo dicta

ab Amicis & Popularibus,

Jenæ operam studiis navantibus.

JENÆ, Typis Johannis Jacobi Bauhoferi.



Ertentant varii vias,
Ac quæerunt aditus per varios sibi
In sanctissima sanctissimi Iovae penetralia.
Sunt, qui irrumpere vi volunt.
Sunt, qui irrepere doctô fatagunt dolô.
Sunt, queis astragalus ludere idem est at-
que vocatibus.

Felix, quem Dominus vocat.

Sed felicior est, qui sequitur Deum,
Nec carnis malevadæ sequitur prava repagula.

Felicissimus ille erit,

Qui commissa sibi saluificô instruit
Fidus pectora verbô, innocuis moribus & praeit.

Namque olim potitur polô,

Ac intrat Domini gaudia cœlica,

Sublimi feriens perpetuò sidera vertice.

Tu perquamreuerende vir,

Præco verbipotens, Denstedii decus,

Exemplum eximium, Kleschiade, sufficis omnibus.

Felix, te Dominus vocat.

Sed felicior es, dum sequeris Deum.

Quis nolit tibimet pectore gratarier intimô?

Ergo lætificates tuos.

Adsit summa Dei gratia perpetim!

Surgit Numinis hinc gloria & ecclesiolæ salus!

Felicissimus & fies!

Esto

Esto Christophorus, Christophorusque eris.
Olim intres aliquando Domini gaudia coelica!

Leucopetra f.

JOH. LAURENT. Seelmann /
Coburg. Francus, Philos. M. & Theol. Stud.

Erfurt / Ehrenfurt / Ehrenpfort!

Ruhm des Landes / Zier des Reichs / Erfurt / wahre
Furt der Ehren /

Meine Feder ist zu schlecht dein sehr grosses Lob zu
mehren /

Das von vielen hundert Jahren sich der Welt hat
kund gemacht /

Und dich bracht zur Ehren = Pforten durch der
grossen Häupter Pracht ;

Bist ist fast ein leere Furt / da viel tausend hingerasset

Gottes Pfeile / Pestilenz / damit Er bisher bestrasset

Unsre Länder / unsre Sünden : Doch Er schonet auch
darbey

Und läst seine Gnade werden bey uns alle Morgen neu.
Denn Er macht ein gnädigs End / und gibt wieder reichen
Seegen /

Neu Bedeyen / frische Lust ; fängt an wieder zubelegen

Dich mit Gnaden aus der Höhe / daß in Kirchen und
im Raht

Und in Schulen leere Stellen man schon meist ersetzt hat.

Und du hast auch wohl gethan / daß / nach Göttlichem
Bersehen/
Du den Mann beruffen hast / dessen Heil und Wohlergehen
Sich / nach langen Elends = Plagen / etwas aufgefrischet
hat
Dort zu Denstedt ; aber izund in Dir / Welt = berühmte
Stadt /
Wird Er leben ganz vergnügt / als im sichern Port der
Ehren.
Nun ich wünsch aus Herzens = Grund : Gott dich wolle
weiter mehren /
Wie Er schon hat angefangen / mit Gesundheit / frischer
Lufft /
Leben / Seegen / voll Genügen : treibe weg Krieg / Todes =
Dufft !
Er verleih' auch diesem Mann und den Seinen Heil und
Leben /
Daß Er lang zur Seeligkeit / wie Er thut / mög Weide
geben /
Und mit Nutz im Fried und Ehren wachsen stets an
diesem Ort.
Erfurt bleib' auch stets ein Gutfurt / * Eh =
renfurt und Ehren = Pfort !

* Aetor. XXVII, 8.

Zu schuldigen Ehren und herzlichem Wunsch der Stadt und
seinem hochgeehrten sonderlichen Gönner und Herrn
Landsmann setzets hinzu

Georg Peucker / von Neusol aus Ungarn /
SS. Theol. Stud.

Tibi quod Jova *Talentum* dedit ipse,
Posuisti bene, quondam sacra spargens
Vigilanter patriis, hactenus oris peregrinis.
Ubi lux vera coruscat rutilatque,
Sacra ubi Evangelii dogmata fulgent
Sine caligine cæcæ rationis sine technis.
Ideo plus *Tibi* confert DEUS idem,
Bone *Fautor*, mihi *Patrone* colende.
Celebris dum jubet Erfordia te exponere *merces*,
Stupidus non male quas possidet Indus,
Patefecit neque quas Nauta Columbus,
Quibus Europâ superbit studiosissima quæstus:
Sed eas, quas manifestat DEUS orbi:
Sacrosancti pia mysteria verbi,
Superantes precio pondera *mercis* Peruanæ.
Igitur *mercibus* his naviculam imple,
Agitatam tumidis usque procellis,
Animas denique salvas patrias defer ad oras.
Animosè interea brachia remis
Gravibus submoveas, seu furat ipse
Cacodæmon malefuadus, furat etsi improbus orbis.
Pia sic gaudia cœli, *bone serve!*
Ubi *merces* tua valde numerosa,
Capiēs cœlitibus perpetuò cum omnibus *olim*.

Debite observantia causâ transmissit

Leucopetrâ

JACOBUS POLEY, Parvo-Lomnicio-
Hung. SS. Theol. Stud.

A 3

Ergo



Ergo viro patria est etiam THVRINGIA forti,
HVNGARIAE quondam quamvis dulcedine capto?
Sic est. ipse probas, ERFVRTI pulpita scandens.
Quid dicam? hæc ne parens an illa noverca vocanda?
an major latet hic fati fortuna secundi?
ah lateat! precor, ac fortunet Jova labores:
MISNICA, quod reliquum, tollet facunda MARITA,
fallet & amplexu peregrinæ tædia vitæ.

*felicis ominis ergo
civi & fautori suo singulariter colendo*

Imō, f.

M. PAVLVS PATER,
Zepusiensis.

Palma velut nisu non frustra enisa resistit
Ponderi, & alta petit floridiusque viret.
Sic etiam moli venerandus CLESCHIUS olim
Restitit Exilii; nunc bene rursus agit,
Et florere bonis successibus occipit, Urbi
Præclaræ spargens Verba sacrata DEI.
Non sine perspicuo auspiciū (reor) omine ponit
Spartæ *Palmarum*, Numine dante, die,
Eventura precor divini commoda Verbi,
Eventura precor digna labore Tuo.
Sic Tibi sint læti, CLESCHI Clarissime, soles,
Sic sint uxori pignoribusque Tuis!

Debita gratulationis

ergo

Fautori suo maximè colendo app.

ELIAS Greschner / Neosol. Hung.
Med. Stud.

Ut David è caula summam sublatus in aulam,
 Sceptrā capit subitò, qui modò pastor erat.
 Altiùs ire tui passim cernuntur honores,
 augeturque tuum, Vir venerande, decus.
 Scilicet Erfordi quando sacra munia gestas,
 atque novæ Spartæ munera sancta capis.
 Usque huc te Denstedt coluit: celeberrima jamjam
 excipit Urbs gratum te cumulatque Virum.
 Tempus adest, quò plectra sonent, quò, carmina blandò
 gutture, Patrono turba novena canat.
 Tempus adest, sanctò quò te veneretur honore
 ex multis minimus, Fautor amande, tuus.
 Ergo precor: quæ sancta Tibi DEUS ipse dicavit
 Munera, suscipias perficiasque pius.
 Quò sic tam sacro tandem defunctus honore
 Perpetuum Coeli fer capiasque decus.

*Paucula hæc admodum Reverendo Doctissimoque Viro, Fautor
 tori suo plurimum honorando, cum planè novam Erfor-
 diensis Ecclesia Pastoralem Provinciam merito capesseret,
 summissè asseruit*

GABRIEL SKARICZA,
 Hung. LL. Stud.

Patria te primùm coluit, Clarissime KLESCHI,
 Pastorem, belli tetras ruitura sub umbras.
 Mox te fortunæ presserunt pondera tristis,
 Cùm dulces fines, & dulcia pectora linquens,
 Externæ legeres vestigia dissipta terræ.
 Fortiter hæc tuleras, invicti militis instar,

Qui

Qui non terretur conatibus hostis: Et ecce!
Victorem rursus Numen statione beavit.
Splendida nunc Erfurta tuos extollit honores,
Ut famâ toto fias notissimus orbe.
Cingite Pierides FAUTORIS tempora laurô,
Hosque simul lætô profundite gutture cantus:
Stat virtutis honos; nec pondere frangitur ullo,
Sed crescit pressus, ceu palmæ nobilis arbor.

*Paucula hec calamo
gratulante adjecit*

L. M. Q.

SIGISMUNDUS WAXMANNUS,
Leutschoviensis, Med. & Phil. Stud.



Umg. VI 6

ULB Halle


3


005 905 370



VD 77







Farbkarte #13

B.I.G.



abo III. 3290.

VERBA!

RO

ndo atque Clarissimo

N.

TOPHORO

CHIO,

s Ecclesiæ Denstedten-
& Vicario fidelissimo,

c verò

rii, aliàs Mercatorum,
rbe Amplissima, Erfurto,
constituto Diacono,

rum, quæ erat 23. Martii
Annò Christi 1684.

n sacrum auspici,

ET POPULARI SUO

VENERANDO,

no diæt

Popularibus,

udiis navantibus.

nnis Jacobi Bauhoferi.

